



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quo tempore nuptiæ celebrandæ sint. iiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

dotata legitimè, & publicis nuptiis honestata videatur, si paterno arbitrio viris coniunctæ carent culpa, si mulier quæ à viris habebantur in matrimonio non fuerint, aliud est nupta, aliud concubina.

Qualis vxor legitima esse debeat. Cap. II.

*Ex epist.
Leonis
pape.*

Qualis affe debeat vxor quæ habenda est secundum legem. Virgo casta & desponsata, in virginitate, & desponsata legitimè, & à parentibus tradita, & à sponso & à paranymphis accipienda, & ita secundum legem & Evangelium publicis nuptiis honestè in coniugium liquidè sumenda, & omnibus diebus vitæ nisi ex consensu & causa vacandi nunquam propter hominem separanda, & si fornicata fuerit dimittenda: Sed illa viuente altera non deducenda, adulteri regnum Dei non possidebunt, & penitentiam per scripturas recipienda.

Vt nullus occultè nuptias celebret. Cap. III.

*Ex decr.
Hormisdæ
papæ.
cap. 6.*

Vt nullus fidelis cuiusque conditionis sit occultè nuptias faciat, sed benedictione à sacerdote accepta publicè nubat in domino.

Quo tempore nuptia celebrande sint. Cap. IIII.

*Ex cõcil.
Hilerdese.
cap. 3.*

Quod non oporteat à septuagesima vsque in octaua Pasche, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem s. Iohannis Baptistæ, & ab Aduentu domini vsque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

Qualiter benedicantur à sacerdote sponsus & sponsa, Caput V.

*Ex cõcil.
apud Valentias,
cap. 101.*

Sponsus & sponsa quum benedicendi sunt, à sacerdote à parentibus, vel à paranymphis in Ecclesia sacerdoti offerantur, & cum benedictionem acceperint, eadem pro reuerentia ipsius benedictionis, in virginitate manent.

Vt nullum coniugium sine dote fiat. Cap. VI.

*Ex cõcil.
Aralatensi, c. 6.*

Nullum sine dote fiat coniugium, iuxta possibilitatem fiat dos, nec sine publicis nuptiis quisquam vel vxorem ducere præsumat.